

seinnando. sed alia consideranda sunt que habent. xxij. q. ij. de viro nephando. Si qui parentes frangunt sponsalia filiorum triennio separentur a comunione et filij si militer si in culpa sunt. xxxi. q. ij. si parentes. ar. de pe. di. i. sicut. q. ducit in yrorem quam polluit. per adulterium quicquid annis peniteat xxxi. q. i. si qua vidua. Maledic^o contra deum vel aliquem sanctorum per septem hebdomadas penitere debet eo modo quo tradit supra de cle. male. c. ij. Si sacerdos reuelat confessionem de iure antiquo deponi debeat. et toto tempore vite sue ignominiosus peregrinari per mundum. de pe. di. vi. caueat sacerdos. postmodum determinatum fuit quod depositus ad agenda penitentiam perpetuam in artum monasterium tradatur. i. e. c. omnis. in fi. Qui compulsus conditionaliter per iurat si liber est. xl. diebus in pane et aqua peniteat cum septem annis sequentibus in comuni penitentia. si vero seruus eiusdem est per tres quadagesimas et legitimas ferias. i. secundam quartam et sextam peniteat. xxij. q. v. Qui compulsus. Qui per iurat in manibus episcopi aut in cruce consecrata tres annos peniteat. si vero in cruce non consecrata unum annum peniteat. Qui autem coactus et ignorans per iurauerit si postea

cognouerit tres quadagesimas peniteat. xxij. q. v. qui per iurat. Qui scienter falsum iurat vel alium iurare compellit vel inducit xl. diebus in pane et aqua cum septem sequentibus annis peniteat et nunquam sit sine penitentia et alij si conscij fuerint similiter peniteant. xxij. q. v. si quis se per iurauerit. et c. si quis per iuratus. Si quis coactus pro vita redimenda vel alia necessitate per iurat tres quadagesimas vel sim aliquos tres annos peniteat. xxij. q. v. si quis coactus. Qui in dicendis horis canonicis et alijs diuinis officijs a consuetudine metropolitane priorie ecclesie discrepat sex mensibus comunione priuatur si hoc ex contemptu fecerit. xxij. di. d. his. Episcopus qui correctiones subditorum pro venditione ministeriorum dissimulat duobus mensibus excommunicati subiacet. Ceteri vero clerici eadem pena vel alia competenti plebctatur. i. questione. i. quidquid. sortilegij diuinis et maleficijs secularibus quadagesima diebus peniteat. Si peccatus est occultus. extra de sortil. c. i. Si vero est notorium comunione fidelium priuatur. de conse. dist. ij. pro electione. Sacerdos qui videt in atralabio duobus annis peniteat. extra de sortil. capitulo ex tuarum.